

I. N. T.
Dissertationem Botanicam,

De

ERICA,

163
BS

Venia Experient. Fac. Med.
In Reg. Acad. Upsal.

Moderante,

Viro Generosissimo,

D. D. CAROLO LINNE,

S:æ R:æ M:tis Archiatro, Equite Aurato de Stella Polari,
Med. & Botan. Professore R. & Ord. Acad. Paris Petropol.
Imp. N. C. Holm. Upsal. Lond. Angl. Flor. Berol.
Monsp. Tolos. Bern. Edinb. Nidros. Batav.
Membro.

Publicæ Ventilationi Offert,

Stipendiarius Regius,

JOHAN ADOLPH DAHLGREN, EBBESSON.

Norrcofia. OstroGothus.

In Audit. Carol. Maj. Die XIX, Decemb.
Anni MDCCLXX.

H. A. M. S.

UPSALIÆ,

TYPIS EDMANNIANIS.

Fabriqueuren och Handelsmannen i Upsala;
Högåftade Herren
Herr ISAC WICKBLAD,
Min Synnerlige Gynnare och Wän!

Sag ärade Wän, med benägenhet emot et Läroprof, som erkänslans lag befäller mig tillägna Dig, med så mycket större skäl, som det utan Din ömsinta åtgärd, aldrig törhända, fått genomblåddras af allmänheten.

Swad är då mera billigt, än at jag på Din namnsdag, hedrar Dig på detta blad, som eljest i blott hopp, skulle pråla med någon Mæcenats namn, för modet skull.

Glade gifware äro wise om Guds återkärlek, och själar som gerna göra godt, kända derunder hjertats förnöjelse, som är samweters fullmägt, på sann ära, och ädel glädje. Detta är en sanning som Du self erfarit.

De låm Dig Allmakten anförtrodt, sköter Du som en närande lem i vårt samhälle, men glömmet ock derunder aldrig bort Dina wänner. Mitt hjerta wittnar det: och min erkänsla reser Dig minnesstoder i mitt tacksamma bröst. Men min Wän! se hwilket pappersberg, Dig gifwes för alla åtniurna wälgerningar! är Ditt hjerta wäl nögdet härmed? jo, jag litar derpå; ty Du wet, at jag ej som de rika, har något at gie, för at få igen.

Anse min wilja, och ej min förmåga; se på hjertat, och ej på gåfwan. Det skall emiedlertid blifwa min pligt, at tjusas af min förbindelse, och fångslas i min erkänsla, och under denna wällust skall mitt öma bröst, lyfta ständiga suckar för Din, och Ditt hela huses wälgång och flor.

Lefwe Du min Wän, säll och sund; och förgåte aldrig mig som til döden lefwer Din, Du hufwudman bland wänner,

Ärlige wän och ödmjukaste tjenare.

JOH. ADOLPH DAHLGREN, EBBESSON.

Inspectoren
Högaktade Herren,
**Herr CARL
HELLENBERG,**
Högaktade Gynnare!

Willåt at jag medelst detta pappersoffer öfvertygat Eder; huru glad jag för mångdens ögon bewittnar min erkänsla för mångfaldiga wälgjeringar. Jag wet at detta berog af min förbindelses dyrd; i hwilken jag håstar, på långt intet swarar mot all den ömhet, gunst, och wänskap jag af Eder ämjuitt; ty I hafwen warit mig mer än släginge; men som ädelmodet altid fölgt Edra tänkesätt, så hoppas jag min rena wälmening mera anses än min förmodgenhet wid detta tillfälle; hållt jag på swänka tolkar et swenskt hjerta. I försynens ömma wård, sätter jag hållre den belöning Eder dygd och menniskjofärlig förtjenar. Mine suckar til Gud skola understödja min önskan; at Edert hus aldrig må sakna wälgång; och forger aldrig rubba friden och hålsan på en annalkande ålder. Förre skall min ande opphöra at glädjas öfwer Eder wälsfärd, och mitt stof förre blandas med sit ursprung, än jag skall sluta, at framhärda

Högaktade Herr *Inspectorens*
Min Högaktade Gynnares

ödmjukaste tjänare.

JOH. ADOLPH DAHLGREN EBBESSON.

HallRätts = Assistenten
och

Borgerfaps = Secreteraren i Norrkiöping
Adle och Högaktade Herren

Herr **BERNHARD EBBE
DAHLGREN,**

och

Dygdådla Fru

Fru **ANNA MARGARETHA
NEUHAUSER,**

Mine Guldaste och Käraste Föräldrar!

Förstlingen af Edert äktenkap, öfverlemnar här Förstlingen af sina studier; tagen då gunstigt emot det sämsta Gul-klapp af Eder son. Guldaste Far! Mitt lifs uphof! ej kan på gladare dag, wisas gladare pligt, än då mitt Lärprof tillågnas Dig, på Din Femtjonde första Födelsedag. Jes, ömme Far, ännu många sälla år til Dina barns glädje.

Allrakjäraste Mor! För all Din ömhet, och kärlek, tag här af Din sons hand emot det sämsta prof, af Desj tacksamhet.

Sedan Guds nåd, väkt min häpnad Högaktning för prästaanswärets dyrd, så börjar jag omgås med menskliga kroppseländet; lycklig jag, om Gud låter mitt hjerta alltid wilja, min hand alltid kunna göra, och mitt samwete alltid wittna, godt! då har jag ära och bröd nog. Wärdade Föräldrar! anden blir försagd, handen darrar, och hjertat ömmar, ty jag will, men kan ej fyllest, erkänna alla Edra ömheter för mig. Kunde känslor målas, och mitt innersta blottas, så skulle Edre ögon se i mitt hjerta, kärlekens egna intryck mera talande än min penna, bewittna mitt barnsliga förtroende och ömma lydnad. Nu blir min tröst: jag har welat, och erkänslan mitt dolda nöje.

I Guds milda hand innesluter jag mina Guldaste Föräldrars wedergällning för alla de wälgerningar jag åtnjutit; och mina suckar och böner skola intaga Allfadrens hjerta, då jag i skofret anhåller om wästguelse för en öm Far och Mor; i hwilkas hulda åtanka den önskar wara, som statar en ära at nämnas,

Sina Allrakjäraste Föräldrars

Lydigaste och ödmjukaste son
JOHAN ADOLPH.



D. D.

LECTURIS.



ost tantam scriptorum editorum copiam, edendo jam specimi Academico materiam anxius quærerem, nisi Natura tot rebus præstantissimis abundans sponte sese mihi offerret.

Cum vero argumentum aliquod sit pertractandum, opus compilatum Tinæ tapetzellæ simile, conquisitis omnium Auctorum ornamentis exhibere nolui, ubi nihil per me scientia accederet emolumentum.

Rarissimæ plantæ Indicæ bene multæ pulcherrimis doctorum virorum superbiunt descriptionibus & Figuris, nostræ vero indigenæ maximeque vulgares tamen adhuc desiderant operam. Nulla fere apud nos planta copiosius crescit, quam Erica vulgaris.

Genus Ericæ pius quam Sexaginta specierum, etiam ob species permultas admodum similes, omnium fere explicatu est difficillimum.

Contigit mihi haud ita pridem, ut in Museo Gen. D. Præsidis, (monti altissimo ad prædium Ejus Hammarby superstructo) inter vastissimum omnium Naturæ miraculorum & potissimum Plantarum collectiones, amplissimum viderem Ericæ genus, singulari ab Ipso cura digestum, ubi clavem generis hujus difficillimi mihi expetere sum ausus, quam impetratam Tibi L. B. sisto, ut genus hoc, ab nullo adhuc Botanico explanatum, expeditius enodare possis.

§. I. ORDO.

Ordines Naturales, qui Gen. D. Præsidis Generibus Plantarum sunt annexi, summis omnino artificiis Botanicis merito adnumerantur, quos melius constituere plures sunt adgressi, nemo valuit e. g.

Alius reducit	Alius Scriptor,
Vilscum <i>ad</i> Algas.	Utriculariam & Corydalibus.
Potamogeton Piperitas monocotyledones	Azaleam Bicornibus.
Samolum Campanaceas.	Circæam Valerianis.
Fumariam Personatas.	Agrimoniâ Senticosis.
Frankeniam Convolvulos.	Chrysoſplenium Saxifragis.
Coriariam Oleraceas.	Campanulam <i>ad</i> Viburnâ.
Veronicam & Personatis	Droseram <i>cum</i> Potamogetis.
Violam Parnassia.	Aristolochiam Diſtamnis.
Cneorum Tricoccis.	Aſarum Herniaria.

Ordinem XVIII:um, qui Bicornes continet, exceptioni non esse obnoxium manifestum est; sed in his æque ac in aliis Characterem ordinis ponere, hoc opus est, hic labor.

BICORNES vocantur, quia pleræque apicibus Antherarum in bina velut rostra diffinduntur. Omnes quæ hæc pertinent sunt FRUTESCENTES & SEMPERVI-
REN-

RENTES; omnes *inermes*, sine spinis seu aculeis; omnes *siccis* & *sterilibus* gaudent *solo*, atque in terris, imprimis *frigidioribus* crescunt, nec quantum scio, ulla inter Tropicos fervidos. Pleræque *Herbam* *qualitate* habent *insipidam* & *inodoram* præter *Ledum*. Omnes *Folia* habent *simplicia* & *indivisa*. *Fructu* omnes sunt *polyspermæ* seu multis instructæ seminibus, præter *Myrsinem*, quæ unico gaudet semine & *loculari*, & *Arbutos* nonnullas, quibus semina sunt quinque. BACCIFERÆ sunt Myrsine, Vaccinium, Gaultheria, Arbutus, Diospyros, Royena. CAPSULIFERÆ vero sunt Blæria, Azalea, Erica, Andromeda, Rhododendron, Kalmia, Ledum, Epigea, Pyrola. COROLLA in omnibus est monopetala, præter Pyrolam. Corollæ autem figura in diversis mirum in modum diversa est. STAMINA in Blæria 4; in Azalea, Myrsine 5; in Erica, Vaccinio 8; in Pyrola, Andromeda, Kalmia, Rhododendro, Ledo, Epigea, Arbuto, Diospyro, Royena 10. PISTILLA omnibus, præter Royenam, duo; omnesque Hermaphroditæ sunt, excepto Diospyro, quæ polygama est. Sic nulla adhuc Methodus, neque Raji, Halleri, Gerardi, neque aliuscujusquam inventa est, quæ hunc ordinem servare potuerit incorruptum. FILAMENTA staminum in hoc ordine peculiarem habent insertionem, ut in Aloë, quod non corollæ monopetalæ sint annexa, quæ communis haberi solet in monopetalis regula, sed ipsi receptaculo adherent; Essetque hæc nota ordinis essentialis atque propria, nisi Pyrola obstaret pentapetala. Bicornes etiam Antheræ egregium efficeret discrimen, nisi alia darentur genera, antheris Bicornibus instructa.

§. II. GENUS.

Veteres ad genus Ericæ Azaleas, Andomedas & Blærias referebant, ut maxime inter se adfines; Sed hoc robur est scientiæ, quod ordo naturalis non turbatur, nec



nera construuntur majora, quam ut explicari queant. Nam alioquin omnes Umbellatæ & Siliquosæ unicum seorsim efficerent genus. Sed necessitatem divisionis natura ipsa satis determinavit, ubi discrepantiam specierum tum facie, tum structura exhibuit. Hoc vero in genere Ericæ tam difficili & prolixo, divisio certe, si usquam, erit pernecessaria.

Character Ericæ est

Calyx *tetraphyllus*; Corolla *monopetala*; Stamina 8 *receptaculo inserta*; Pistillum *unicum superum*; Semina *plura*. Sed heic observandæ sunt duæ species, quæ adferunt difficultatem; variant enim corolla, quæ jam quadrifida est, jam quinquifida, ut medium quasi inter Ericam & Andromedam servant; nempe *Andromeda daboecii* & *Andromeda droseroides* (Erica glutinosa *Bergii*), quæ rectius & ob totam faciem Andromedis annumerantur, præsertim quia Folia habent alternæ, in Ericis nunquam observata. Ruppium, qui nomine Ericoidis seu *Tetralicis* separatim constituit Ericarum genus, eo magis excusari debet, quod paucas Ericarum species viderat. Si enim figura corollæ fundamentum hic esset divisionis, multa ex hoc unico Ericæ genere constituerentur genera, vix enim ullum aliud genus est, ubi corollæ in distinctis speciebus tantopere discrepant, nec limites admitterent.

§. III. SPECIES.

Licet sexaginta circiter Species ex Ericæ genere sint detectæ: in Suecia tamen non nisi duæ occurrunt, *Erica vulgaris* & *Tetralix*. Vidit in Norrvegia D. Oeder *Ericam cineream*, cujus nullum adhuc apud nos est vestigium. Ericæ versus partem Europæ australem sunt crebriores *), ut species sedecim numerantur Europæ.

*) Clus. Hist. refert Ericam Scopariam, quæ maximos *Lusitania*

pææ. Intra Tropicos decrefcit numerus, fed ex altera parte & maxime ad extremas *Capitis bonæ fpei* quadraginta numerantur & in pofterum forte plures, quæ omnes ab Europæis admodum differunt; & quod mirandum rectam a feptentrione verfus meridiem fervant *Ericæ* fpecies lineam; neque enim ulla hac ufque *Ericæ* fpecies in alterutra deprehensa eft India.

Ericæ nobis cognitæ funt fequentes:

FOLIIS BINIS. FOLIIS TERNIS. FOLIIS QUATERNIS.

<i>Vulgaris</i> 1.	<i>cinerea</i> 4.	<i>paniculata</i> 36.	<i>tetralix</i> 8.
<i>tenuifolia</i> 29.	<i>regerminans</i> 58.	<i>cubitalis</i> 46.	<i>pubescens</i> 24. 25. 39.
<i>lutea</i> .	<i>mucosa</i> 57.	<i>halicacaba</i> 27.	<i>perfoluta</i> 49.
	<i>pilulifera</i> 31.	<i>albens</i> 55.	<i>samentacea</i> 42.
	<i>depressa</i> 48.	<i>spumosa</i> 37.	<i>mammofa</i> 54.
	<i>viridipurp.</i> 7.	<i>ciliaris</i> 11.	<i>caffa</i> 6.
	<i>pentaphyllea</i> 23.	<i>abfinthioides</i> 41.	<i>abietina</i> 22.
	<i>feoparia</i> 5.	<i>capitata</i> 16.	<i>australis</i> 62.
	<i>planifolia</i> 35.	<i>melanthera</i> 51.	<i>phyfodes</i> 26.
	<i>arborea</i> 9.	<i>Plukenetii</i> 17.	<i>cerinthoides</i> 21.
	<i>nigrita</i> 43.	<i>Petiveri</i> 61.	<i>fastigiata</i> 40.
	<i>triflora</i> 33.	<i>Bruniades</i> 15.	<i>cubica</i> 52.
	<i>baccans</i> 53.	<i>imbricata</i> 12.	<i>viscaria</i> 50.
	<i>corifolia</i> 32.	<i>umbellata</i> 2, 14.	<i>granulata</i> 66.
	<i>articularis</i> 44.	<i>nudiflora</i> 47.	<i>comofa</i> 59.
	<i>gnaphalodes</i> 34.	<i>bergiana</i> 63.	<i>herbacea</i> 3, 14.
	<i>calycina</i> 28.		<i>vagans</i> 50.
			<i>mediterranea</i> 45.
			(<i>subdivaricata</i> B.)
			<i>tubiflora</i> 20.
			<i>curviflora</i> 19.
			<i>coccinea</i> 18.
			<i>multiflora</i> 13. **)
			<i>purpurafceus</i> 10.
			<i>empetrifolia</i> 30. ***)

A 3

Quod

tegit campos, & Tournefortius excurfiones fuas memorat Botanicas per *Ericeta Lufitania*.

**) Tres ultimæ fpecies variant etiam foliis quinis pluribusve.

***) Harum litteris minoribus exarata Europæe funt.

Lfr.

Quod ad *Ericas Europæas* attinet, plurimæ harum insufficienter descriptæ sunt, cum tamen aliis plantis Europæis lux major adfulsit. *Clusio* & *Læstingio* imprimis paucarum debetur vera cognitio. Africanæ autem plurimæ etiamnum obscuræ sunt, quanvis ab *Hermano* & *Oldenlando* sint nominatæ & a *Plukenetio*, *Petivero* & *Seba* sparsim delineatæ, ut *Bartholinum* & *Breynium* taceam. Multas quidem breviter *Rajus* descripsit, sed opera parum profutura. Unicus est Clariss. D. Prof. *Bergius*, qui accuratissime & modo luce nostri temporis digno, ex legibus artis, plures descripsit *Ericas* Africanas. Neminem etiam novi, qui methodo Gen. D. Præsidis & ex legibus ab Ipso præscriptis, plantas rite atque accurate descripserit, præter Professore, Cel. D. *Linnè Junio*rem, D. *Schreberum* & D. *Bergium*.

Genus hoc rite digerendum est, ut lucidus obtineatur ordo. Primo differunt species quoad FOLIA, an sint *opposita*, *terna*, *quaterna*, ad singula genicula. 2^o BRACTEÆ, in illis quæ plura duobus habent folia opposita, plerumque sunt *terna*, sed calyci jam remotiores, jam propiores, ut duplicem fere forment calycem. 3^o FLORES in aliis sunt *sessiles*, *fasciculati*, *racemosi*, *secundi*, *lat. rales*, *terminales*. 4^o CALYX in aliis *rudis*, in aliis *scariosus* seu *coloratus*. 5^o COROLLA figuras varias variis in speciebus assumit, e. gr.

COROLLA Hypocrateriformis: *fastigiata*, *cubica*, *melanthera*.

Inæ-

Lis. B. notata D. Bergii de quibus, incertum an a reliquis a nobis dictis differant.

Numeri additi sunt e speciebus plantarum ubi synonyma; sequentes vero numeri indicant species Gen. D. Præsidis præpediem edendas, uti 45 ad 63.

Inæqualis: *vulgaris*, *ciliaris*.

Globosa: *pilulifera*, *ramentacea*, *triflora*, *baccans*, *granulata*.

Ovata: *halicacaba*, *calycina*, *tetralix*, *cinerea*, *phlyso-*
des, *articularis*, *corifolia*, *mediterranea*, *cubi-*
talis, *pubescens*, *tenuifolia*, *empetrifolia*, *reger-*
minans, *caffra*, *gnaphalodes*, *albens*.

Campanulata: *bruniades*, *capitata*, *vagans*, *carnea*, *plani-*
folia, *viscaria*, *nigrita*, *articularis*, *paniculata*,
viridipurpurascens, *imbricata*, *arborea*, *parvi-*
folia, *persoluta*, *scoparia*, *absinthioides*, *pilulife-*
ra, *depressa*, *pentaphyllea*, *mucosa*, *bergiana*.

Cylindroidea: *plukenetii*, *multiflora*, *pentaphyllea*, *au-*
stralis, *petiveri*, *umbellata*, *cerinthoides*, *abieti-*
na, *tubiflora*, *curvisflora*, *coccinea*, *nudiflora*; *her-*
bacea.

Villosa: *cerinthoides*, *tubiflora*, *pentaphyllea*, *pubescens*,
coccinea.

Viscida: *phlyso-*
des, *halicacaba*, *mucosa*, *viscaria*.

Aggregata: *spumosa*.

Acuta: *cubitalis*, *calycina*, *petiveri*, *albens*, *comosa*.

Brevis: *vulgaris*, *nigrita*, *articularis*, *trifolia*, *tenui-*
folia, *baccans*, *bruniades*, *cubica*, *spumosa*, *im-*
bricata, *absinthioides*, *gnaphalodes*, *corifolia*, *ca-*
lycina.

Maxima: *abietina*, *mammosa*, *ciliaris*, *cerinthoides*, *tu-*
biflora, *coccinea*, *halicacaba*.

6° FILAMENTA in nonnullis brevia intra tubum
corollæ, æqualia, vel longiora corolla. 7° ANTHERÆ in
aliis

aliis emarginata, bifida, bipartita, acuta l. obtusa; in aliis ad basin aristata, cristata, mutica. 8:0 GERMEN in nonnullis *hirsutum*: *coccinea, cerinthoides, capitata, absinthoides, nigrita, planifolia, empetrifolia*; in plerisque vero *glabrum*. 9:0 STYLUS, *corolla longior, mediocris, l. brevior.* 10:0 STIGMA *simplex aut capitatum.* Ut igitur in his speciebus justa habeatur distinctio, a flore hæc est instituenda, & præcipue ab *antheris*, quæ vel basi sunt *aristatae l. muticæ*; & quamquam hoc multis nisi lente vitrea, ubique observatu videbitur difficillimum, melior tamen & certior non datur methodus, tot species rite distinguendi. Hæ autem antheræ *aristatæ* partim *aristas* habent *setaceas*, partim *latiusculas* margine *cristatas*, atque adeo in *aristatas simpliciter, & cristatas* displicendi debent. Toto igitur hoc genere in *aristatas, cristatas, & muticas* diviso, singulæ hæc sectiones rursus in tria abeunt segmenta, nempe quæ aut *antheras* ferunt *intra tubum corollæ, aut corollam longitudine æquantem* aut *corolla longiores*; sive quod eodem recidit, in eas, quæ *Antheras* habent *inclusas, æquales, l. exsertas*. Has omnes ulterius (ex observatione Cel. D. Bergii) distinguere necessum est in eas, quæ *pisillum* habent *corolla l. longius, l. brevius*; has vero, in eas, quæ *Folia* habent *bina, terna, quaterna, l. plura*. Per hanc distributionem cognitio omnium harum specierum certior elucescit, quod fieri omnino posse, multi harum rerum ignari dubitent.

) 9 (

ERICÆ ad Normani G. D. Præsidis.

* ARISTATÆ.

Folia, Stylus.		Corolla.	calyx.	
2. exsertus	1. vulgaris	1. inæqualis.	æquans.	Fl. secundi.
inclusus	2. luca	ovato; oblonga.	lanceolatus.	Fl. lutei.
3. inclusus.	3. halicacaba	27. ovata inflata.	simplex.	Fl. solitarii.
	4. regerminans.	58. ovata.	acutus.	Fl. racemosi.
	5. mucosa.	57. subglobosa.	subæquans.	Fl. viscosi.
	6. bergiana.	63. campanulata.	reflexus.	Fl. sparsi.
	7. depressa.	48. campanulata.	subæquans.	Fl. rari nutantes.
	8. pilulifera.	31. subcampan.	subæquans.	Fl. umbellati.
	9. viridi purpur.	7. subcampan.	minutus.	Fl. sparsi.
	10. pentaphyllea	23. subcampan.	rudis.	Fl. pubescentes.
	11. nigrita.	43. campanul.	imbricatus.	Fl. sessiles termin.
exsertus.	12. planifolia.	35. campanul.	pubescens.	Fl. patentiss.
	13. scoparia.	5. camp. minut.	minutus.	Fl. stigm. peltat.
	14. arborea.	9. campanulata.	lævis.	Caul. tomentos.
4. inclusus.	15. ramentacea	42. globosa.	linearis.	Fl. umbellati.
	16. persoluta	49. subcampan.	ciliatus.	Fol. pilosa.
	17. Terralix.	8. ovata.	ciliatus.	Fl. capitati.
	18. empetrifolia.	30. ovata.	ciliatus.	Fl. sessiles later.
	19. pubescens.	24. ovata.	minutus.	Fl. pilosi. 25, 49.
	20. abietina.	22. grossa.	simplex.	Fl. sessiles.
exsertus.	21. mammosa.	54. grossa.	scariosus.	Fl. congesti.
	22. caffra.	6. subovata.	simplex.	Fl. sparsi.

** CRISTATÆ.

3. inclusus.	23. triflora	33. globosa, tecta.	imbricatus.	Fl. terminales.
	24. baccans.	53. globosa, tecta.	connivens.	Fl. terminales.
	25. gnaphalodes	34. ovata, inclusa.	lævis.	Stigm. 4part.
	26. corifolia.	32. ovata, inclusa.	turbinatus.	Fl. umbellat.
	27. articularis.	44. ovata, inclusa.	turbinatus.	Stigm. 4part.
	28. calycina.	28. ovata, inflata.	patentiss.	Fl. umbellati.
exsertus.	29. cinerea	4. ovata.	patulus.	Fl. glomerat.
	30. paniculata.	36. campanulata.	simplex.	Fl. minuti.
	31. australis.	62. cylindrica.	imbricatus.	Fl. terminal. sessiles.
4. inclusus.	32. physodes.	26. ovata, inflata.	simplex.	Fl. subsolitarii.

*** MUTICÆ *Staminibus inclusis.*

2. inclusus.	33. <i>renuifolia.</i>	29. ovata.	sanguineus.	Fl. sanguinei.
3. inclusus.	34. <i>albens.</i>	55. ovata acuminat.	tegens.	Racem. secund.
exsertus.	35. <i>spumosa.</i>	37. ternato- tecta.	communis.	Fl. solitarii.
	36. <i>capitata.</i>	16. campan. tect.	lanatus.	Fl. solitarii.
	37. <i>melanthoides.</i>	51. rotata.	turbinatus.	Anth. nigra.
	38. <i>absinthioides.</i>	41. campan. minut.	simplex.	Stigm. peltatum.
	39. <i>ciliaris.</i>	11. grossa.	clivatus.	Racem. secund.
4. inclusus.	40. <i>tubiflora.</i>	20. grossa, pubescens.	pilosus.	Fl. solitarii.
	41. <i>curviflora.</i>	19. grossa, curvata.	lævis.	Fl. subsolit.
	42. <i>coccinea.</i>	18. grossa, pubescens.	pilosus.	Fl. copiosiss.
	43. <i>cerinthoides.</i>	21. grossa hispida.	ciliatus.	Stigm. cruciat.
	44. <i>fastigiata.</i>	40. hypocraterif.	rudis.	Fl. fascicular.
	45. <i>cubica.</i>	52. rotata.	cubicus.	Fl. umbellati.
	46. <i>viscaria.</i>	56. campanulat.	rudis.	Fl. viscosi.
	47. <i>granulata.</i>	60. globosa.	subulatus.	Fl. alterni.
	48. <i>comosa.</i>	59. ovata acuminat.	subimbricat.	Fl. umbellati.

**** *Staminibus exsertis.*

3. exsertus.	49. <i>plukenerii.</i>	17. cylindr. obtus.	simplex.	Anth. filiformes.
	50. <i>petiveri.</i>	61. cylindr. acuta.	imbricatus.	Anth. filiformes.
	51. <i>nudiflora.</i>	47. cylindrica.	minutus.	Fl. laterales.
	52. <i>bruniades.</i>	15. camp. tecta.	lanatus.	Fl. sparsi.
	53. <i>imbricata.</i>	12. camp. tecta.	imbricatus.	Fl. laterales alb.
	54. <i>umbellata.</i>	2. campanulat.	rudis.	Fl. umbellati.
4. exsertus.	55. <i>purpurascens.</i>	10. campanulat.	simplex.	Fl. sparsi.
	56. <i>vagans.</i>	50. campanulat.	simplex.	Anth. bipartit.
	57. <i>herbacea.</i>	3, 14. cylindrica.	oblongus.	Racem. secundus.
	58. <i>multiflora.</i>	13. cylindrica.	simplex.	Fl. sparsi.
	59. <i>me diterra.</i>	45. ovata.	simplex.	Fl. sparsi.

§. IV.

Aristatæ Cristatæque antheræ omnes inclusæ sunt, nec lacinis corollæ longiores sed non omnes inclusæ sunt Aristatæ Cristatæve. Exsertæ in floribus nucantibus sæpius occurrunt. Folia plura verrucillata ad 4:na referuntur, eum sæpius variant a 4 ad 5. s. 6. Numerus posterior indicat Spec. plant. & Mantissam G. D. Præsidis, prior vero figuram.

§. IV. ERICA vulgaris

Perspicuam quidem omnium harum specierum descriptionem subministrare voluissem, sed ne invitis meis facultatibus, in molem exoresceret opusculum, de nostra Erica vulgari nonnihil adduxisse sufficiat; adjecta tamen Tabula, quæ cujusque speciei figuram exhibeat.

ERICA VULGARIS habet *antheras* aristatas, inclusas, *Folia* opposita, *Stigma* exsertum, *Corollam* campanulatum, longitudine calycis, *Flores* secundos. Præter hanc nullam novimus, quæ folia habet opposita, excepta Erica tenuifolia Africes. Nostra Erica vulgaris *antheris* aristatis ab Erica tenuifolia qua divisionem præcipuam satis distincta est, per *folia sagittata* vero ad ab omnibus.

LOCUS: ante omnes plantas indigenas est nobis frequentissima, maxime in locis sterilibus, ubi præter Pinum sylvestrem & Lichenem Islandicum, nihil fere aliud crescit. Totos sæpe occupat campos arenosos, ad spatium totius milliariis, ut in Smolandia, Fennonia & Scania septentrionali, *a*), sed sine hac planta campi glareosi & sabulosi nudi forent & deformes. Nam in Scania, præcipue in Territorio Gyngæ *b*), ubi ericeta sua incendunt Rustici, ut novi furculi & ramuli Ericæ denuo exsurgant, pastum inde, sed miserum, pecudes obtinent. Mirum quoque est, quod in Oelandia Gottlandiaque australioribus, & Visingsö vix inveniatur *c*); vel saltem admodum rara sit, cujus rei rationem expiscari & scire operæ foret pretium.

Constat autem Ericam in locis calcariis & argillosis, seu pingvibus humosis raro crescere, & si pratum Erica suffocatum sepimento includitur & custoditur, perit Erica *d*): contra si in pascua mutatur pratum, cito Erica contegitur *e*). In solo stercoreato Erica, æque ac

B 2

Mu-

a) Fl. Lapp. *b*) It. Scan. *c*) It. Oel. 335. 82. 44. *d*) It. Oel. Kalin. Esie. *e*) It. W. goth. 89.

Musci, emoritur, utpote terræ pingvis & mollis impatiens, sed ut tota Classis Naturalis dura & sterilia amat loca sylvatica; unde etiam hæc cum cognatis adeo difficulter in hortis plantari possit Botanicis. Calcantes ferre pedes nequaquam potest, unde ad vias hominum & pecudum perit. Hæc minime in locis inundatis viget, ubi per hyemem aqua tegitur *f*), sed in paludibus tamen cespitosis ad sumitates tuberorum crescit. Singularis autem est observatio quod a Fago Erica prorsus abhorreat, ejusque viciniam, quousque exhalationes Fagi disperguntur, late fugiat; unde etiam in Ericetis Scaniae spatia circa Fagos viridi superbunt gramine, Erica licet totum occupaverit campum circumjectum *g*). Si Erica cresceret in prato libero, quod humum haberet tres quadrantes ulnæ æquantem, post decem annos idem pratum vix unam quidem ejusdem humi quadrantem contineret *b*). In campis sterilissimis Glarea stratis crescunt vix aliæ plantæ, quam Erica hæc *i*), Vaccinium myrtillus, Uva ursi, Aira flexuosa, Festuca ovina, Lichenes Rangiferinus & Islandicus *k*). In Smolandia Erica magis fere quam in ulla alia provincia crescit, sed humilis valde, ubi hæc vix eradicari potest; remedium aliquod præter combustionem incolis optabile esset *l*). Erica in planissimis crescit campis arenæ mobilis *m*), uti in peninsula Scanorum adjacenti, ubi in ipsa arena germinat Erica *n*). In montosis plerisque Erica viget cum Pteride aquilina *o*). In silvis maxime sterilibus inter abietes Erica plerumque frequens conspicitur *p*). In terra per exustionem sterilecente, sola viget Erica, ubi densæ antehac sylvæ, Erica densissime nata impedit quominus Pineti semina terræ committentur *q*). In colli-

bus

f) It. 390. *g*) It. Scan. 58. *b*) It. W.g. 89. *i*) It. W.goth. 114. Scan. *k*) It. W.goth. 249. *l*) It. Scan. 19. *m*) It. Scan. 164. *n*) It. Scan. 222. *o*) It. Scan. 372. *p*) It. Scan. 410. *q*) It. Scan. 415.



bus Erica evadit brevissima r). In Infula Balthica Bläkulla Erica altissima quam in Suecia vidimus exurgit; s). In Oelandia septentrionali Erica copiosius occurrit t), licet adeo rara in Oelandia australi.

§. V. *Descriptio.*

CAULIS perennis, lignosus, teres, tenax, profunde radicans: Ramis oppositis, ramosissimis, diffusis; rarissime pedalis, sæpius palmaris, l. minor. (ætatis 17 annorum ex annulis concentricis observante D. Kalmio.)

FOLIA opposita, sessilia, sagittata auriculis compressis, subtrigona, margine subscabra, carina alba; ramorum rudimentis s. foliolorum e singulis alis.

FLORES subnutantet: *Racemis* subterminalibus, sessilibus, secundis; hic racemus, perfecta florescentia, apice sæpe excrescit in ramum foliatum; unde fructus evadunt laterales, licet flores fuere in racemo terminali. *Pedicelli* in racemo oppositi, solitarii, flore breviores, purpurei: foliolis floralibus a flore remotis figura foliolorum.

CALYX quasi triplex est.

Inferior foliolis quatuor, sagittatis, rudibus. *Hic proprie non est calyx dicendus, cum constituitur e foliis floralibus.*

Intermedius foliolis quatuor, subquadratis, purpureis; ciliatis margine albo, ecaudatis, infimo calyce latioribus, non vero longioribus, horum foliolorum duo inferiora opposita sunt carina viridi; *neque hic proprie calyx nominandus, cum e bracteis conficitur.*

Interior verus Calyx: *Perianthium* quadripartitum, scariosum, purpurascens coloratum, æquale, erecto patulum, obtusiusculum, persistens; *verus calyx nominandus.*

COROLLA campanulata, semiquadrifida, calyce

concolor: laciniis oblongis, obtusis, calyce fere brevioribus; lacinia infima magis patente; persistens.

STAMIUM *Filamenta* 8, receptaculo inserta, brevissima, ascendencia. *Antheræ* oblongæ, acutiusculæ, fuscæ, basi biaristatæ, anthesis subbiindis, corolla fere breviores.

PISTILLI *Germen* pubescens. *Stylus* filiformis, corolla, vix vero calyce, longior. *Stigma* obtusum.

PERICARPII *Capsula* globosa, octotorulosa, vestita calyce & corolla; quadrilocularis, angulis dehiscens.

SEMINA plurima.

§. VI. *Ufus.*

Ufus in œconomia privata est varius.

In fossis subterraneis demergitur pro faciliore aquæ transitu. In Scotia lecto sternendo inservit, ubi erecta collocatur & condensatur radicibus deorsum versis. *Raj.* In Anglia Humuli nonnullis in locis vicem præstat ad potum *u)*; sed pro conservatione cerevisiæ nimis debilis. In Insula Oroust Bahusiensi, ubi lignorum est penuria, Ericis cremandis coguntur incolæ esse contenti *v)*. Capris & Ovibus alicubi substernitur, ad munditiem servandam. Ex Ericetis apes plurimum colligunt mellis, unde alvearia levia sunt atque inania antequam Erica autumni tempore floret, quæ postea gravia sunt & melle distenta *x)*, quamvis mel ex Erica in nostris regionibus fulvum evadat, at ubi rarior Erica albescat *y)*, sed melius omnino, quam quod ex Polygono Fagopyro, in Scaniæ campis colligitur. Sterquilinum nonnulli injecta Erica augere student; sed fertilitatem herbæ succulentæ augent, siccores non item. Erica animalibus variis sylvaticis alimento est: Lepores timidi Erica tum vescuntur

u) Plot. Staff. 379. *v)* It. Wgoth. 183. *x)* It. Oel. 30. *y)* It. Oel. 44. 124.

tur tum absconduntur. Aves permulæ partim ramulos, partim flores, & semina Ericæ carpunt, ut Tetrao Urogallus, Tetrao Lapopus, ut Insecta taceam, qualia sunt Papilio Matura, Phalæna Quercus, &c. In Insula Kõrn Bahusæ, Erica 16 oris argenteis quotannis ad singulos focos emitur, ex locis vicinis colligenda z), ubi tegit terram, gramina pellit & emaciat solum a). In Ericetis nix verno tempore maturius liquefit, ut pecudes ceteris deficientibus, extremos ejus stiones decerpant b). Post exustam Ericam, Agrostis arundinacea crescit per aliquot annos, donec Erica suscreverit. Teneram sic oves non veterem Ericam edunt c). Ericeta vastissima, multum in Smolandia apibus sustinendis profunt d).

*Erica Græcis & Romanis. Liung Suecis. Heide Germanis.
Heath Anglis. Brugere Gallis.*


Kalm. Diss. Acad. de Erica Aboæ 1754. 4:to Oeconomica tractat
z) It. W.goth. 183. a) It. Scan. 24. b) It. Scan. 30. c) It. Scan. 52
d) It. Oel. 30.



*V*i trampe Liungen värdslost ner,
Som dock vår aktning borde äga.
Ej dåren orkar öfvervåga,
Hvad under i Naturen skjer.
Tre tjog af Liung, har varit svart,
Att kunna som sig bör indela,
I denna konst, den måste fela,
Som delningslagen ej förstår.
Men sen en vördad Riddersman,
En stor LINNE sitt sätt upgifvit,
Som af Naturen gilladt blifvit,
Hvarefter Liung fördelas kan:
Så kan det allas nöje ble,
Att Liungens blommor genomvandra;
De må sin dolda form förändra,
Et väpnadt öga alt skall se.
Gack kända Liung! vårt tidvarfs pris,
Att visas fram, til Skaparns åra.
LINNE kan ofs blott Storverk lära;
Hans kundskap är på Gudavis.
Så länge Liungen får sitt frö;
Så långt dess ryar kunna sträckas:
Skall för LINNE en vördnad väckas,
At ej Des Namn må bland ofs dö.

J. A. D. E.

ERICAÆ





BRITISH

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.